filiorum in dicta domo & Villa succedat filia primo genita: & descendens dicti eius filij, seu filiorum & sic successiue ea deficiente prima genita aliarũ filiarum eiusdem et sic successiue in perpetuum, ita vt in perpetuum dicta domus & villa sit & permaneat in descendentes masculos de primo genito in primo genitum vt supra, dicti eius filij seu filiorum, & post lineam masculinam eiusdem seu eorum in primã genitam filiam ex eo, seu ex eis descendentem, & post eã in filios masculos, de primo genito in primũ genitum vt supra eiusdem filiæ primo genitæ, & linea masculina: dictæ primo genitæ deficiente, ad secundam genitam dicti eius filij seu filiorum & post ad eius descendentes masculos, scilicet ad maiorem natu Pt supra dictum est. Defficiẽtibus verò masculis ex dictis filiabus dicti Augustini, eius filij seu aliorum filiorũ suorũ vt supra, si quos habuerit legitimos & naturales ad descendẽtes fœminas ex ipsis filiabus dicti eius filij seu filiorum modo et ordine prædictis, vt semper primogenitus masculus, & postea ex feminis semper preferatur vt supra, & ad tollendam difficultatem declarauit et declarat, quod filij qui nascẽtur ex filio primo genito, & filia, ex filia primogenita præferatur patrijs & amitis.

Defficiẽte verò linea masculina dictorum filiorũ & femina, & descendentibus ab ea, in dicta domo & Villa succedat, spectet, & pertineat proximiori in gradu succedendi siue masculo, siue fœminu, qui tũc tẽporis repertus fuerit adesse, dicti vltimi descẽdentis, ex descendentibus dictorũ filiorum, siue masculo, siue fœminæ, sub eis dẽ modis et formis primogenituræ vt supra, quia vt supra dictũ est, ipse testator nullo modo vult, quod domus ipsa alienetur vel obligetur, seu in longũ tẽpus locetur vt supra, ordinauit & ordinat, quod si aliquis ex supradictis contra prædicta facere vel tẽtaret, quod ipso iure ipse talis sit cum sua linea remaneat priuatus beneficio dicti legati dictæ domus & villæ, & admittatur alius descendens, secundum formam & modũ supradictũ perinde ac si dictus contra faciens, et tentans contra facere, ac eius linea non adesset. seu adesent, ordinans tamen & expresse mãdãs, quod si aliquis ex dictis descẽdẽtibus dicti eius filij, tã masculi, quam feminæ professionem fecerint in aliqua religione qđ sit & censeatur exclusus, prout cum in talem casum excludit a beneficio pœnitentis legati, & primo genituræ, cum non vellit, nec intendat ipsum talem nec monasterium quod ingrederetur vocari nec intelligi, comprehensum in pœnitẽti legato imo penitus & omnino exclusus & exclusum.

Præsupponitur etiã in facto quod decẽ post annos morte prædicti testatoris, dictus D. Augustinus eius filius & hæres uxorum duxit Magnifi. D. Victoriã de iudicibus, ex qua suscepit filiũ Iacobũ, qui infans decessit superstite dicta D. Victoria eius matre et hærede quæ consensit venditioni bonorum mobilium relictorum a testatore, & suo nomine ad emptoris beneficiũ renuntiauit eius iuribus dotalibus et anterioritati suæ hypothecæ, quam in dictis bonis habebat.

Præsupponitur etiam in facto, in humanis esse Illustrem ac Excellentem I.C.D. Antonium senarega Nepotem ex sorore dicti Testatoris et atæ matorem alijs transfuersalibus.

Dubitari nũc contingit. Primo an dicta D. Victoria dici possit illa ptoximior domino Iacobo filio suo, vt succedere possit in hac primogenitura et fideicommisso domus & Villæ, vel potius admitti debeat dictus D. Antonius.

Secundo ambigitur admisso, quod ad successionẽ dictæ primogenituræ, admittendus sit D. Antonius, an dicta D. Victoria ex dictis bonis primogenituræ, nempe domo & Villa possit deducere & consequi dotẽ à se datã dicto D. Augustino, eius quõdã Marito.

Initium à Domino.

CONSILIVM MCXXVII.

PRoposita consultatio tota coniecturalis est, & ob id difficilis, de qua respondendum videbatur D. Victoriam tamquam proximiorẽ dicto Iacobo filio succedere posse in hac primo genituræ & fideicommisso domus & Villæ.

Primò, quia testator vocauit proximiorẽ siue masculum siue feminam vltimi descendentis, qui fuit dictus Iacobus dicti Augustini filius, sicuti testamẽti verba sic scripta significare videtur, Deficiẽte verò linea masculina dictorum filiorum, & fœminina & descẽdẽtibus ab ea, in dicta domo & villa succedat spectet, & pertineat proximiori in gradu succedendi, siue masculo siue fœminæ, qui tunc temporis respectus fuerit abesse dicti vltimi descendẽtis & descendentibus dictorum filiorum. Id quod videtur iuri communi. Consentaneum. Cum multorum sit opinio, in successione† primogenituræ secundum esse proximitatem vltimi defuncti, non autem testatoris, qui primogenituã reliquit. Ita sanè post alios Ludouicus Molina in lib. 1. de Hispano primogenijs cap. 6. nu. 7. & latiſi. in li. 3. c. 9. nu. 11. cum subsequentibus. Porrò in casu hoc nostro proximior Iacobo vltimo loco defuncto est D. Victoria ipsius Iacobi mater. Cum sit in primo gradu §. 1. in auth. de hæred. ab intesta. uem. vb glo. in verbo cuiuslibet gradus & in verbo, siue sẽmineo genere descẽdens, & Cast. in cons. 316. supra scriptus D. Consultor col. 2. versi. Item videtur esse lib. 2. Et accedit, quod filius dicitur portio viscerũ matris, vt scribunt Oldra. in consi. 153. Alcia. in resp. 62. num. 8. & 9. secundum impressionem antiquam lugdunensem. 1

Secundò vrgere vr, qd verbũ proximior† est generale cõprehend. agnatos, cognatos, vt alios sanguine cõiũctos. Ita scribũt Oldra. in cõs. 123. Ias. & Dec. i l. 2. n. 1. & 2. C. q admitti ad bon. poss. Ergo & D. Victoria mater dicti Iacobi sub illo verbo ,pximior cõprehẽdi vr. 2

Tertiò suffragari vr, qd dicta D. Victoria dicere, forte põt, quò ad se D. Antoni liberas ædes habeo. Cum sua non interfit, vt me impedias succedere filio meo. Nõ enim adhuc euenit casus, in quo asseuis te esse vocatũ, si quidẽ contendis te vocatũ extincta linea masculina & fœminina testatoris, quæ quidem finita non est, nec multas vsque ad ætates finem accipiet. Hæc aduersus D. Antonium dubitationem faciebant.

Cæterũ re ipsa lógè melius, vt diligẽtius ppẽsa ac examinata, cõtrariũ verius esse existimo, qp immo adhuius primogenituræ successionem admitti debeat dictus D. Antonius tãq ,pximior dicto Iacobo vltimo defuncto, & tãq is, de quo sensit testator. Excluſa dicta D. Victoria matre dicti Iacobi vltimi ex descẽdentib. testatoris. Et vt huius sim opinionis, multa hæc suadent argum. 3

Primo mouet me, qđ testator relinquẽdo, & cõstituẽdo† primogenituã, (sicut reliquit ac cõstituit testator noster) cẽsetur ad ipsius primogenituræ successionẽ uocasse eos q usu & cõsuetudine solent uocari, iuxta ea, q copiosè scripsi in li. 1. de præsumptionib. q. 28. nu. 3. & nu.

& nu. 7. & accedit in specie primogenituræ Guido Papæ in q. 506. vers. & istud ,pbari põt, Dec. in cõs. 397. nu. 6. in fi. & nu. 7. & alios refert & sequitur Marcus Salon Burgos de pace in commentarijs ad leges Taurinas Hispaniæ in prohemio nu. 88. Et magis ad rem Melchior Palaez in trac. Maioratuũ in 1. pa. q. 48. nu. 24. scribit testatorẽ relinquendo domum titulo maioratus hoc est, primogenituræ, & si non dixit, cui relinquebat, intelligi reliquisse filio † primogenito; quia vsus & consuetudo talis erat sic relinquendi. At qui ad primogenituras vocari consueuerunt filij, agnati, & cognati; non autem matres vltimorum defunctorum. Ergo dicta do. Victoria dici non debet vocata, illius minoris propositionis, ea est ratio, quod hæ mulieres nubendo secundo viro transeant in alienam prorsus familiã, nullo sanguinis uinculo cõiunctam testatori: quod alienum a iustitia videtur, agnatorum spolia in alienũ virum transferri, quod & durum pati dicit Io: Fabri in rub. C. de nuptijs in fine, contraque intentionem defuncti antea patris, cuius etiam animam post mortem 4 tristari quando † mulier secundas experitur nuptias, scripsit Iustinianus in §. quæ verò in auth. de nuptijs, vt potè, quod sæpe secundo viro, & bona & vitam filij sui addicit, lugubrem facit omnem patrimonij statũ, & proximorum mouet lachrymas, dum maiorum imagines vident reuulsas, aut aliorum titulis bona adscripta, sicuti inquit constantinus in l. lex, quæ tutores. C. de administr. tuto. & hæc ac alia ad rem scribunt Guielmus Benedictus in cap. Raynutius in verbo. Et vxorẽ nomine. ff. delatiam nu. 29. de testa. & Petrus Gregorius Tolosanus in lib. 4. syntagmatis iuris cap. 9. num. 4. & 5. 5

Secundò suffragatur egregia illa traditio Ludouici Molinæ in lib. 3. de Hispano: primogenijs cap. 9. nu. 2. Cum dixit, ad successionem maioratus, hoc est primogenituræ (idem esse maioratum† quod primogenitura affirmant quam plurimi relati ab eodem Molina in lib. 1. de Hispano. primog. cap. 1. nu. 1. & a Marco Salon Burgos in commẽtarijs ad leges Taurinas Hispaniæ in prohemio nu. 101.) admitti illos solos, qui sunt ex familia institutoris ipsius primogenituræ seu maioratus, & ob id (inquit Molina) is qui est vltimo possessori proximior, non tamen ex familia primi institutoris procedit & descendit, a quocunque alio remotiori, qui ex familia primi institutoris maioratus & primogenituræ processerit excluditur. Quod verissimũ esset dixit Molina. Ex familia autem institutoris pri- 6 mogenitnræ † dicuntur non solum ipsius institutoris descendentes, sed etiam pari ratione omnes, qui eidem transuersales fuerint, qui omnes ab illa antiqua familia, ex qua institutor descendit præcedunt: Et nu. 42. subiungit Molina, quod etiam familia pro cognitione capi solet, & ob id ad ipsius maioratus seu primogenituræ successionem admitti quoque eum, qui in mille- 7 simo † gradu cognationis existit. Porrò certum est in casu nostro, do. Victoriam Iacobi vltimi possessorio matrem nullo modo esse ex familia testatoris nostri do. Antonium verò filium sororis ipsius testatoris esse ex eius cognatione; Cum dicatur etiam ex descendentibus patris ipsius testatoris. Nepos enim ex filia† dicitur descendere ab auo materno atque ita esse ex eius descendentibus: vt egregie post alios scribunt Castre. in l. 1. col. 1. vers. Item quæritur ff. de conditio. insertis & in cons. 316. suprascriptus do. Consultor nu. 1. & 2. lib. 2. Imola in consi. 62. post exhibitum Alex. in l. ex facto. §. vlt. ff. ad Trebel. in consi. 61. nu. 4. lib. 1. & in consi. 53. nu. 3. lib. 6. Corneus in consi. 219. col. 3. ver. Nam est aduertendum lib. 2. in consi. 51. nu. 4. lib. 3. & in consi. 233. num. 3. lib. 4. Socinus senior in consi. 25. nu. 1. lib. 1. Decius in l. 2. nu. 66. ff. de reg. iuris, in consi. 233. col. 2. vers. sed tamen diligenter, & in cons. 495. nu. 5. Gozad. in consi. 20. nu. 8. Parisius in consi. 47. nu. 58. lib. 3. Ripa in dicta l. ex facto. §. vlt. num. 6. ff. ad Trebell. Boerius in q. 241. nu. 6. Tiraq. de retractu consang. §. 1. gl. 9. num. 241. Berous in consi. 120. nu. 34. lib. 2. Iulius Clarus in §. Emphyteusis q. 36. & Aurelius Corbulus in tracta. de causis, ex quibus emphyteuta iure suo priuatur, in tit. de causa priuationis ob lineam finitam nu. 39. Et in specie successionis primogenituræ tradit Marcus Salon Burgos de pace in commentarijs ad leges Taurinas Hispaniæ in prohemio nu. 117. ij sanè omnes affirmant, nepotem ex fi- 10 liã esse de aui materni generatione, quod idem est ac si dixissent, ex descendentibus aui materni: cum idem sit dicere, de genere, quod de descendentibus, vt egregiè post Butrium in cap. nouit, in quarto notab. de iudicijs, respondit Corneus in dicto consi. 233. num. 3. propè medium lib. 4. Est ergo concludendum, quod etiamsi admittimus, D. Victoriam tanquam matrem dicti Iacobi, esse ei proximiorem, non tamen esse admittendam ad huius primogenituræ successionem: sed solum do. Antoniũ nepotem ex sorore dicti testatoris.

Tertiò comprobantur prædicta ex eo, quod in du- 11 bio præsumitur† testatorem noluisse alienas successiones proprijs anteponere l. cum auus ff. de cond. & demonstr. l. cum accutissimi C. de fideicom. & in l. generaliter §. cum autem C. de institut. & substit. vbi doctores, & ego in commentarijs de præsumptionibus lib. 4. præsumpt. 16. nu. 15. & præsumpt. 186. num. 17. At qui dictus do. Antonius eius matre defuncta dicitur ex successione testatoris, cum sit eius ex sorore nepos, qui deficientibus ipsius testatoris descendentibus & agnatis ei ab intestato erat successurus. §. eos etiam instit. de cognato. succes. do. Victoria verò omnino extranea est. Ergo do. Antonius, non autem do. Victoria censetur à testatore vocatus.

Quarto confert, quod in dubio testator† dicitur vo- 12 casse eum, quem magis dilexit viuens, l. cum ita §. in fideicommisso. de leg. 2. vbi doctores, præsertim Alciatus, & scribunt omnes, quos referam infra. At qui certum est, testatorem nostrum magis dilexisse do. Antonium quam do. Victoriam, ergo dicendum est, testatorem vocasse ipsum do. Antonium, non autem do. Victoriam. Illa minor argumenti propositio sic multis probatur. Et primum, quod iure præsumitur testatorẽ magis diligere sibi sanguine proximiores, vt scribunt quam plurimi quos satis longa serie retuli & probaui in commentarijs de præsumptionibus lib. 4. præsumption. 16. nu. 4. vers. tertia coniectura. Et in specie primogenituræ idem respondit Collegium Papiense inter consilia Pauli de Monte Pico in consi. 96. nu. 101.

Rursus & secnndo testator† præsumitur plus diligere 13 iam natos se viuo, quam nascituros se mortuo, sicuti scripsi in dicta præsumpt. 16. nu. 5. post Corneum, Socinum seniorem & alios plures, & accedit nunc Collegium Papiense in dicto consi. 96. nu. 99. & nu. 100.

Præterea & tertio, præsumpuo est, qp testator† plus dilexit masculos quam fœminas: quemadmodum affirmaui in dicta præsumpt. 16. nu. 10. ex sententia Cornei, Ruini, & aliorum, Et hæc quidem comprobantur egregia decisione Guidonis Papæ in q. 506. in contractu matrimonij, dum decidit, quod si maritus contra- 14 hendo matrimonium donauit† domum primogenito nascituro ex illo matrimonio: Et prius nascatur fœmina, deinde masculus, admittitur masculus, non autem fœmina, quia & si sub nomine primogeniti continetur tam fœmina quam masculus attamẽ, quia præsumptio est, quod testator magis diligat masculos quam fœminas, censetur vocasse masculum, & quia non consueuit quod domus insignis presertim, relinquatur fœminæ, Idem annotauit ipsemet Guido Papæ in sing. 522 & secuti sunt alij, quos recensent, Tiraquellus de iure primige.

primige. q. 10.num.16.& 18.& quæst.11.num.2. & Didacus Couuarrus in lib. 3. varia resolut.cap.5. nu. 5. versic. primum. Et his accedunt Guielmus Benedictus in cap. Raynutiu,in verbo in eodem testamento il. 1. num.173. de testa. Marcus Salon Burgos de Pace in commentarijs ad leges Taurinas Hispaniæ in prohemio num.119.& Melchior Palaez in Tract. maioratuum in secunda parte quæst.6.nu.27. Ludouicus Molina in libro 3.de Hispano. primogenijs ca. 4. nu.4. & 5. & Collegium Papiense inter consilia Pauli de Monte Pico in consil. 96. numer.29. Cum ergo Dom. Antonius sit Masculus sanguine coniunctus ipsi Testatori,eoque viuente natus ab eo præsumitur magis dilectus quam dom. Victoria fœmina; omnino extranea,& ab eo non cognita.

Quintò, accedit quod testator enixis verbis prohi-
16 buit † dictam domum,vendi, pignorari, alienari, nec in longum tempus locari. Quæ sanè prohibitio nó alia ratione facta est quàm,quod domus ipsa & villa conseruentur in agnatione & familia ipsius testatoris, & ad extraneos non transeant, ita scribunt glo.& docto. in l. filius fam. §.diui in verbo causam, de leg.1. in le. quoties ab omnibus C. de fideicomm. Decius in cõs. 481. numer. 1. & Tiraquellus de rectractu consanguineorum, in præfatione num. 50. & in specie primogenituræ Ludouicus Molina in lib. 1. de Hispano. primogen.cap. 5.num.33. Eandem familiæ conserua
17 tionem ostendit prohibitio † illa à testatore facta, ne clericus & religioni addictus in hac domo & villa succedat,sicuti egregiè respondit Socinus Senior inter cõ silia Curtij Senioris in consilio 40. incipit. Cum in præsentiarum col.3. versic. quarto etiam persona, & demum ipsamet constitutio primogenituræ significat eandem conseruationem; vt post alios tradit Ludouicus Molina in lib. 1. de Hispano. primogenijs capit. 11.num.3. qui huius opinionis refert Socinum Sen. Decium, Parisium,& Tiraquellum, Porrò, si ad huius primogenituræ successionem admitteretur Dom. Victoria, sequeretur contrarius effectus voluntati & dispositioni testatoris,quia domus & Villa transirent ad extraneos; tum quia ipsa non est ex familia testatoris, tum quia illa nubendo secundo uiro dominum faceret penitus extraneum. E contra uerò, si admittatur D. Antonius,effectum à testatore exoptatum sua dispositione locum habebit, cum (vt diximus supra) D. Antonius sit ex testatoris familia,quò ad huius primogenituræ successionem.

Sextò & vltimo confert, quod quando ambigitur
18 quæ & qualis fuerit testatoris voluntas † & mens declaratio,& interpretatio sumitur etiam ab his, quæ aliquando dixit extra ipsum testamentum,sicuti tradunt Bartolus in le. 2. in princ.num.40. ff.de vulg.& pup. substit.& ibidem Ripa nu.52.& Socin.Iunior nu.112. Et his accedunt Butrius in cons.53.col.2. Socinus Senior in cons. 23 numer.9.lib.1.Ruinus in consil.4. in fine lib.1.& in cons.73.num.15. libr.2. & Antonius Gomezius in tomo primo variarum resolutionum ca. 4.de pupillari substit.num.10.& in specie primogenituræ Ludouicus Molina in lib.1. de Hispano. primogenijs cap. 5. num.40. Et hæc quidem testatoris verba
19 suæ voluntatis declaratoria duobus testibus † probari potest, vt scribunt Bartolus in leg. hæredes palàm §.si quis post num. 4.ff. de testa. & ibidem Castrensis, Sic & Decius in l. Edita numer. 49. C. de edendo, Paris. in cons. 75. num. 56. & 57.lib. 2. & Molina in dicto cap. 5.numer. 40. Atqui in casu nostro, non modò testimonio duorum, sed etiam plurium probatum intelligo, testatorem iam à se condito testamento nõ semel dixisse,quod extincta linea Augustini eius filii,vocauerat eius transuersales, & seu eos qui erunt de suo sanguine, & præsertim dictum Dom. Antonium. Ergo dicendum & concludendum est, non Do. Victoriam, sed ipsum Dom.Antonium succedere debere.

Non obstant nunc adducta in contrarium, quibus & si videri potest abundè ex dictis supra satisfactum, attamen singulis, res clarior reddatur, respondendum duximus, Et quidem illi primo argumento dicimus, quod, & si admittimus Do. Victoriam tanquam mater esse gradu proximiorem filio quam alius quisuis: cum sit in primo proximitatis gradu, & filius sit portio viscerum matris, attamen non est Dom. Victoria illa proximior, quam testator vocauit, ex quo est omninò extranea, & non ex famila testatoris, & testatorem noluisse præferre sibi sanguine coniuncto, & quia eã non cognouit, nec dilexit, Et quia nubendo secundo viro contra testatoris voluntatem bona primogenituræ alienaret.

Non obstat secundum argumentum, quia eadem responsione qua supra tollitur, & dilucidatur.

Non obstat tertium,quia respondetur, quod si testator vocare voluit transuersales seu proximiorem in gradu succedendi post finitas lineas masculinam, & fœmininam à se descendentium vtique non poterat prius facere quam descripsisset omnes de lineis prædictis. Et quidem prouidere voluit testator quò ad suos omnes descendentes masculos & fœminas,si euenisset casus,quod illi nati fuissent,& extitissent tempore quò ob vnius defectum,alter prior, & primogenitus posset succedere,& propterea mortuo Iacobo vltimo ex descendentibus masculis dicti testatoris, qui & nullas reliquit fœminas, sequitur dicendum euenisse casum in quò proximior transuersali, sicque Do. Antonius fuit vocatus & eo magis quod testator eum cognouit, & valde dilexit, vt iam diximus.

Concludo itaque ad huius primogenituræ successionem admitti debere dictum Dom. Antonium omnino excluſa dicta Dom. Victoria.

Secunda est dubitatio, an dicta Do. Victoria ex dictis bonis primogenituræ,hoc est ex dicta domo & Villa deducere & consequi possit dotem à se datam dicto Dom.Augustino eius quondam marito, Et quidem respondendum est non posse deducere nec consequi. Et si enim recepta magis est doctorum sententia, quam & ego multis probaui in consil 23.num.27.lib.1.& in commentarijs de præsumptionibus lib. 4. præsumpt. 190. nu. 1. & multis sequentibus,quod bona suppositа fideicommisso à patre possunt alienari pro restitu-
20 tione † dotis suæ nurus, Et idem dicendum sit de bonis primogenitæ quæ non differunt à bonis fideicommissi sicuti scripsi in consil. 643. numero 3. libro 7. vbi huius opinionis retuli Ludouicum Molinam in libro 1. de Hispano. primogeniis cap.1. numer. 7.Melchiorem Palaez in Tract. Maioratuum in prima parte.quæst.1. numero 3. Antonium de Padilla in rubr. C. de fideiecommissis numero 7. & Albam in consil. 60.numero 6. libro 1. Verum nostro in casu,domus & Villa, de quibus hic testator primogenituram constituit non possunt alienari pro restitutione dictis dictæ Dom. Victoriæ.

Primò quia ipsa Do.Victoria consensit alienatione bonorum mobilium ipsius testatoris seu iuri sui ex quibus restitui poterat ipsa dos; immo in eo alienationis instrumento ad fauorem et commodum emptoris renuntiauit iuribus suis dotalibus ac anterioritati et hypothecę,quam in dictis bonis habebat. Qui sane con-
21 sensus et renuntiatio operatur,ne nunc consequi possit dotem ex dicta domo,et Villa,sicuti in specie tradit Petrus Antonius Petra in Tract. de fideicommissis, q.8.num.458.quem secutus sum in commentarijs de præsumptionibus lib.4.præsumpt.190.nu.46.in fine, vbi post Iasonem in auth.res,quę ad finem vers.decimoquarto limita.C.communia de lega. & fidei commissis,

22 missis,scripsimus,mulierem † sibi præiudicare in restitutione dotis,si patitur maritũ dilapidare bona,& vergere ad inopiam,& his accedunt Parisius in cons.63. nu.45.lib.2.Cephalus in cons.344.n.25.lib.3. Et hoc
23 quidem uel ex eo comprobatur,quod consentiẽs † alienationi rei in qua ius habet, censetur ius illud remittere in fauore acquirentis ipsam rem.l.sicut.§. uenditionis.ff.quibus modis pignus uel hypot.soluitur,l. si seruus cõmunis.ff.de donatio.inter virum,& vxo.l. in tribus.§.penult,ff.de donatio.& l.2.C.de remiss. pigno. & aliis multis confirmat Tiraquellus in Tract.de legibus Connubra in glo.3.nu.173.& nu.138. Et accedit
24 quod † consentiens alienationi bonorum fideiõmissi sibi præiudicat,l.Cũ pater.§.libertis.de lega.2.& l.quoties.C.de fideicom. & tradunt Bart.in.l.qui Romæ.§. duo fratres. q.8. C.de fideicom. & alij multi quos refert & sequitur Craue.in cons.378.nu.2. lib. 3. Nec dicatur D. Victoriam tanquam tutricem filij impuberis consensisse dictæ alienationi bonorum mobilium & ob id sibi non præiudicasse. l. cum quædam. C. de adm.tut.Qua constitutione motus responderunt Baldus in cons.102. Punctus super quo.col.1.lib 2.& Castrens.in cons.259.omnis difficultas col.4.lib.1.quod
25 agnatus † & sanguine coniunctus consentiens ex dispositione statuti mulieri vel minori alienanti rem alì quam in qua ius habet,sibi non præiudicare.Nam respondetur D.Victoriam excessisse terminis officij tutricis,cum proprio nomine renuntiauerit suis iuribus dotalibus et anterioritate suæ hypothecæ in dictis bonis, & propterea dicitur sibi in suo iure præiudicasse, sicuti statuerunt Impp. Diocletia. & Maximianus. in l.& si is in fine.C.de prædijs mino.& respondit Soci.
26 Senior in consi.100.num.4.lib.3. gerentem † actum nomine alieno teneri nomine proprio,quando obligauit propria bona,sic & Baldus in cons.333.Nobilis uir colu.2. vers.2.considero lib.5.censuit,consentientem pro alio,aut alieno nomine, sibi præiudicare, quando non præstat nudum ministetium,sed nomine proprio quid agitur.

Secundò vel ea ratione etiam dicta D.Victoria detrahere, & consequi non potest,dotem suam ex dictis 19 bonis primogenitur,& fideicommisso,suppositis, quãdo quidem recepit ipsa prætium bonorum mobilium à se alienatorum,quæ pro restitutione suæ dotis poterat sibi retinere,vel curare quod in tutò reponeretur.
27 Non enim potest mulier † petere dotem sibi restitui ex bonis fideicommissi,quando extant alia bona libera,& allodialia ex quibus potest dos ipsa restitui sicuti scripsi in commentarijs de præsumptionibus lib. 4. præsumpt. 190.nu.35.& nu.45. & 46. Idem dicimus
28 quãdo agitur de constitutione,& datione dotis † quod scilicet prius dari debet dos ex bonis liberis,& eis deficientibus ex fideicommisso suppositis; Cum hoc sit remedium subsidiarium, quemadmodum auctoritate quam plurium annotaui in d.lib.4.præsumpt.189. n. 8.secundum postremas impressiones Colonien sem & Taurinensem,& eodem in loco num.9.dixi post alios hoc procedere etiam si testator dixisset quod fœmine dotentur ex bonis fideicommissi,hoc sanè intelligitur in subsidium deficientis.s. bonis liberis,& allodialibus.

Tertio accedit, quod quando extant fructus etiam
29 ex bonis fideicommissi,restitui dos † ex illis debet,sicuti ex eis danda & constituenda est non autem ex ipsa proprietate ut respondit Vlpianus,in l.mulier.§.cũ proponeretur.ff.ad Trebell. ibi potius fructibus hoc ex pensum frendum,quàm fideicõmisso. Et illo in loco annotarunt glo.Angelus Castrensis, Comensis, & alij quos congessi in commentarijs de præsumptionibus.lib.4. præsumpt.189.nu.61.Porrò in casu hoc nostro D.Victoria à die mortis D.Augustini eius mariti, ac hæredis dicti testatoris, usque ad diem mortis Iacobi filij,quod tempus fuit octo annorum percepit fructus bonorum à testatore relictorum præsertim domus & Villæ,ex quibus præter illa modica alimenta Iacobi impuberis præstita,non tenuem pecuniæ summam potuit reponere pro suę dotis restitutione, & propterea,si pecuniam illam reposuit,ex ea dotem cõsequatur, si verò male comsumpsit suæ adscribat culpæ, si dotis faciet iacturam.His concludo dotem D.Victorię non posse nec debere restitui ex dictis bonis fideicommisso & primogeniturę suppositis &c.

SVMMARIVM.

1 *Nepotem ex filia hæretica esse capacem successionis aui. Hæreticę filium esse capacem successionis aui.*
2 *Pœnam non infligi nisi lege expressè iubente.*
3 *Filium hæretici non priuari successione agnatorum. Hæretici filium non excludi à successione agnatorum.*
4 *Hæretici filiam esse in capacem paternæ successionis.*
5 *Fiscum non capere hæreditatem incapacis, sed venientes ab intestato.*
6 *Filium hæretici non amittere bona propria, vel iura agnatorum. nu.7.*
8 *Nepoti ex propria persona deferri hæreditatem aui.*
9 *Actum maternum teneri ad relinquendum nepoti ex filia legitimam.*
Nepoti ex filia ab auo materno deberi legitimam.
11 *Matrem hæreticam minus patre nocere descendentibus. Hæreticam minus nocere filiis suis hæretico patre.*
12 *Cap. Statutum felicis. de hæreticis,declaratum.*
13 *Hæresim æquiparari Crimini Læsæ Maiestatis contra 15.*
Læsę Maiestatis crimen æquari hæredi.
14 *Læsę maiestatis crimine filium priuari successione omnium proximiorum, etiam matris.*
15 *Hæresim non omninò æquari Læsæ maiestati, sed in expressis tantum.num.16.*
17 *Hæresim patris non excludere filios a successione ascendentium,& collateralium,nec aliter Statuisse Innocentium Pontificem. num.18.*
19 *Hæreticorum filios excludi à successione aliorum etiam extraneorum malè opinatum Zanchum. num. 20.*
Filios hæreticorum esse inhabiles ad succedendum ex testamento, vel ab intestato coniunctis, & extraneis male opinari Zanchium.

Initium à Domino.

CONSILIVM MCXXVIII.

1 DVbitatio est egregia, an † nepos ex filia hæretica sit capax successionis aui materni? Respondendum est multis rationibus, & argumentis,prædictum nepotem capacem esse atque ita auo materno succedere posse.

Primò,satis superque vel ex eo fundata est Aemilij
2 intentio,quod pœna † non est indicenda nisi lege expressa cautum legatur.l. vt si quis §. diuus. ff. de religio.& sumpt.funer. & multis exornaui in lib. 2. de arbitrarijs iudicum casu 276. & in specie nostra scripsi in consil. 805.num.25.& in consil.808.num. 27. lib. 9. & accedunt Decianus in Tract. criminali lib.7. tit. de crimine læsæ maiestatis cap. 41. numer. 13. Atqui lege expressa cautum non reperitur,quod nepos ex filia hæretica succedere non possit auo materno. Ergo prædictus nepos ipsi suo auo succedit.

Secundo accedit quod filius † hæretici non priuatur
3 successione agnatorum, & cognatorum sicuti scribũt Abbas,Zabarella Imola Gemmianus,Francus,Simãcas,